

xps dignat manē. tales sunt firmi i fide. fortes i spe. seruidi i carita-
te. hūiles i p̄speritate. paciētes i aduersitate. ⁊ pleni bonoz opum
secūditate. **Job. xv.** Qui manet i me ⁊ ego i eo h̄ fert fructū mltum
qz sine me nihil po. facē. **Quarto** dēs in e⁹ dilectōne p̄seuerare. i. io.
2. **De⁹** ca. ē ⁊ q̄ ma. i. ca. i deo ma. ⁊ de⁹ i eo paz ē deum iuitare. cor
p̄parare. mādata obſuare. caritatē h̄re. nisi hō in caritate vsqz in fi-
nē p̄seueret. **Mat. x.** Qui p̄seuerauerit vsqz in finē h̄ salu⁹ erit. **Scd⁹**
hoc de⁹ hominē remunerauit qz si in fine caritatē habueris salua-
beris h̄ exēplū hēm⁹ in maria magdalena ⁊ latrone si tūc nō habu-
eris caritatē damnaberis h̄ exēplū habem⁹ in saule ⁊ iuda p̄dito-
re. **Esto ergo fidel⁹ i dilectōe dei ⁊ habeb⁹ coronā regni. Apoc. 3.** Esto
fidelis vsqz ad mortē. ⁊ da. ti. coro. vi. **Rogemus. 27.**

Feria tertia post pascha. Sermo.

S Tetit iesus i medio discipuloz suoz. ⁊ dixit eis par vobis.
Luc. 22. In verb p̄missis duo tangūtur. Primū est xpi famili-
aris apparitō **Scdm** est eiusdē singularis salutatō. Appa-
ruit enī familiariter qz tetit i medio. Salutauit singularitē q̄a dixit
eis par vobis. Nō qz legit xps fuisse i medio iu metozū in p̄sepio i
medio doctorū in templo. in medio discipuloz in domo. i medio du-
oz latronū in crucis patibulo. i medio sanctorū i celo. in medio iudi-
cādoz in futuro iudicō. In p̄mo oñdit hūilitatem eximiā. In scdo
mirabilē sapiāz. In tertō singularē amicitia. In q̄rto mirabilē patie-
tiā. In quito icōphēsilē glāz. In sexto inflexibilē iusticiā. **P̄mo** dico qz
fuit i medio iuūtoz i p̄sepio. **Abacuc. 3.** Et aliā trāslatōz. In medio
duoz a. 22. **Hec** duo aīalia fuerūt bos ⁊ asin⁹ q̄ ad l̄fāz credūt fuisse
ad p̄sepe dñi. **vñ** canit ecclā. **O** magnū ⁊ admirabile sacmētū vt aīa-
lia vidēt dñz natū iacētē in p̄sepio. In h̄ec aīalia xps agnit⁹ fuit a
pastozib⁹ q̄ vidēt eū pānis iuolutū ⁊ positū in p̄sepio. p̄ bouē ⁊ asi-
nū intelligūt simplices qz qdā sūt boni ⁊ i p̄uitō dñi laboriofi. et
hi significantur p̄ bouē qdā dñs sūt pigri ad bō opa ⁊ hi signant p̄
asinum. ideo xps voluit iacere inter bouez ⁊ asinum vt ostenderet
se saluatōrē omnium simpliciu. iō dī **Sapi. i.** In sim. cor. q̄ri. illum
h̄ autem xps oñdit suam humilitatem qz inē bruta aīalia iacē vo-
luit. **O** simplex laice q̄ nescis l̄fas legere profundas questiones discu-
tere. noli despare. **Sui** domino in simplicitate. ⁊ xps tecuz erit. te qz

P̄mo

saluabit. Bern. in fine sup cantica scribit de quodā ydeota qui tan-
tum sciuit illum versum Gloria patri et filio quē frequenter cū mag-
na deuotione dixit. B. post mortem suam apparuit cuiōdam. qui cum
inqueret de statu suo rñdit dominus regit me et nihil m deerit in lo-
co pas. ibi me collo. et dicit btūs Bern. q iste simplex cum tribus ver-
bis adeptus est gloriā. et aristotiles et plato cum oī sapientia sua a-
depti sunt penā eternā. Scdo fuit in medio doctorū. Luce. ij. In 20
uenerūt eum in templo sedētem in medio doctorum audientem illos
et interrogantem. In hoc ostendit suam mirabilem sapientiam. vñ
subditur stupebant autē omnes qui eum audiebant super doctrina
et rñsis suis. Ideo xpūs voluit esse in medio doctorum vt ostenderet
se saluatorem omniū sapientium. nō illorum qui sapientes sunt in
malo. de quibus dicitur. Jere. 2. sapientes sunt vt faciant mala. bo-
na autē facere nescierunt. quorum sapientia cōsistit in hoc vt primū
decipiant. fratrem in negotio circumueniant. mēdacia excogitent.
nouos modos defraudādi adinueniant. qui hoc modo sunt sapien-
tes perdētur. i. cor. i. Perdam sapientiam sapientium. et prudentiā
prudentiū reprobo. Sed illorum sapientium se oñdit saluator
quorū sapientia nititur ad hoc. vt deo fideliter seruiant. ppter hoc se
debat in medio doctorum in templo. quia illi sapientes qui deū que-
runt. transitoria contemnūt. peccata fugiūt. virtuosa opera faciūt.
per dei gratiam saluabuntur. de quorum numero fuit nichodemus
qui cum esset magister in israhel venit ad iesum nocte vt ab eo doctri-
nam salutiferam perciperet Jo. 3. ps. Videbunt iusti et letabuntur
et oīs iniq. op. os su. Quis sapi. et cul. hec et intel. miās domini.
30 Tercio fuit in medio latronū. Jo. xix. Crucifixerūt iesum et cum eo
duos alios. s. latrones hic et inde. mediū autē iesum In hoc ostendit
suam mirabilem patiētiam. magna utiq. patiā q non solus voluit
suspēdi s et iā inter latrones suspēdi se pmisit ysa. liij. cū sceleratis
reputatus est. iō inter peccatores voluit suspēdi. vt ostenderet se pa-
tri p peccatoribus. et eē saluatorem eorum qui de peccato veram cō-
tentionem habuerūt. ppter qd latroni de penitēti dixit. Hodie mecu
eris in paradiso. i. Thi. i. fidel sermo et oī acceptōe dignus. qā iesus
xpūs venit ī hunc mūdū peccatores saluos facere. ideo eē suspensus
fuit non solum mediū iter latrones s et in medio mūdi vt ostēde-
ret se vnum mediatorem iter deum et hominem. i. Thim. ij. Unus

mediator dei et hominum xps ihus qui dedit semetipsum pro nobis in
 deprecationem pro omnibus nobis. **¶** Quarto fuit in medio discipulorum **4^{to}**
Jo. ij. Cum esset sero die illo una sabbatum et festum clau. ubi erant discipuli. **¶**
 propter me. iiii. et iste. in medio discipulorum et dixit eis pax vobis. In hoc
 ostendit singulari amicitiam quam habuit ad discipulos. magnam ostendit
 eis amicitiam ante mortem suam in hoc quod eos ad se vocauit. mul-
 ta secreta eis reuelauit. pedes eorum lauit. corpus suum et sangui-
 nem ministravit. magnam etiam amicitiam ostendit eis post mortem suam
 In hoc quod multotiens eis apparuit. cum eis comedit. eos consolatus
 fuit. ipse videntibus in celum ascendit. maiorem eis post ascensionem
 ostendit amicitiam in hoc quod spiritus sanctus eis misit in fide solidauit.
 caritate inflammat. multa miracula per eos fecit. multos per eos
 ad fidem conuertit. in passionibus confortauit. **¶** Sed ad ultimum maximam
 eis ostendit amicitiam in hoc quod eos a presenti miseria liberauit et ad
 gloriam eternam perduxit. tunc impleta fuit oratio quam pro eis fuderat **Jo. xvij**
pater quod desiderasti in me volo ut ubi ego sum et illi mecum sint ut videant cla-
ritatem quam dedisti mihi **O** quam fidelis est iste amicus qui tot familiari-
 tates amicis suis impendit **Eccli. vi.** Amico fideli nulla est operatio
 et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius
O homo noli hunc amicum offendere qui tamen utilis est qui a potestate di-
 aboli te eripuit a peccatis mundauit spiritum sanctum in baptismo tradi-
 dit et regnum eternum tibi repromisit. libenter loqui debes de hoc amico
 et erit apud te **Matth. xvij.** ubi duo vel tres congregati sunt in nomine meo
 illorum sumus. **¶** Quinto in medio est sanctorum in celo **Apoc. i.** vidi et ecce
 in medio septem candelabrorum aureorum simile filio hominis. hec septem
 candelabra aurea signant vniuersitatem sanctorum. primum candelabrum signifi-
 cat beatam virginem cum omnibus virginibus. Secundum significat angelos. Ter-
 tium patriarchas. Quartum prophetas. quintum apostolos. Sextum martires.
 Septimum confessores. id est eos qui fide in hoc mundo professi sunt cuius-
 cunque status fuerit. et quis christus quantum ad situm corporalem sit super eos omnes tam
 dicitur esse in medio eorum quantum ad influentiam sicut enim cor in medio anima
 lis influit omnibus membris vitam naturale sic christus in celo influit omnibus vi-
 tam eternam. ideo christus operatur ligno vite quod positum fuit in medio
 paradisi **Gene. ij.** quicumque lignum istud apprehenderit per fidem. tenuerit
 per finalem dilectionem beatus erit **Prover. 3.** lignum vite est his qui appre-
 henderit eam loquitur de sapientia increata et qui tenuerit eam beatus. de ligno

Quinto

isto p̄cipiūt sci duodeci fruct⁹ q̄bus b̄tificatur in corp⁹ aīa **Apoē.**
zz. **O**ñōit mihi fōtem aq̄ viue ⁊ splēdū tanq̄m cristallū p̄cedē/
 tē de sede dei ⁊ agni **I**ste fōs significat eternā b̄tudinē q̄ sci fulge/
 bunt in celo seq̄t⁹ ⁊ ex vtraq; pte flum̄is. i. b̄tudin̄is q̄ est in āgelis
 siue in hoib⁹ lignū vite. i. xp̄us afferēs fruct⁹ duodecim **Q**uim⁹ ē
 vita sine morte. **scō**⁹ est sanitas sine ifirmitate. **terci**⁹ est req̄es sine
 labore. **q̄rtus** est gaudiū sine merore. **q̄nt**⁹ est dilectio sine fidiōe
Sext⁹ ē visio cū delectatōe. **septim**⁹ cōgnitio cū exultatiōe **Octa**⁹ est
 mansio sine att. diatiōe. **Non**⁹ cōcordia sine dissensiōe. **Decim**⁹ secu/
 ritas sine fastidio **Undecim**⁹ est et̄nitas sine terminio **Duodecim**⁹
 certitudo sine dubio **de his fructib⁹ ad p̄ns nō p̄seq̄** **Sexto** erit in **Exo**
 medio iudicādozū i futuro iudicio **Amos. 7.** In oib⁹ vñs erit plan/
 ctus qz p̄trāhbo in medio tui diē dñs. **heu** qm̄ horribilis est illa di/
 es qñ dñm⁹ veniet ad iudiciū ⁊ oēs sci eius cū eo ⁊ oēs hoies et
 oēs āgeli ⁊ demōes ⁊ boni hoies statuēt a dext̄l. mali āt a sinistr̄l.
Mathi. 27. **C**ōgregabūt añ eū oēs gētes ⁊ segregabit. In h̄ ma/
 nifestabit̄ sua iustitia q̄ tāta erit. qz nec diuiti nec paup̄i nec nobili
 nec ignobili p̄cet. h̄ iudicabit vnūq; p̄m̄ merita sua **Apoē. vltio**
Ecce vciō cito ⁊ mer. mea m. est diē dñs dñe vniciq; p̄m̄ opa sua
 vñ malis et̄nā penā bōis eternam gliaz qm̄ nob̄ oce. **2.** **S**eria iū
Mane scō stetit ihs i li. nō tñ agnouerūt discipuli qz p̄ pascha
 ihs ē **Jo. xxi.** In v̄bis ist̄. duo tāgūt p̄mo ifinuat̄ di clemētia
 hoī bñfacē cupiētis. **scō** rephēdit̄ hoīs ignorātia di bñficia nō re/
 cognoscē. p̄mū ibi **Mane scō stetit ihs i li.** vt supple se discipulis ma/
 nifestaret **scōm** ibi nō tñ discipuli agnouerūt qz ihs est **Nō** qz xp̄s
 legit̄ stetit̄ istar vocātis. istar laborāt̄. istar expectāt̄. istar viā demō/
 strātis. instar adiūuāē volētis **Primo** dico qz stetit̄ istar vocāt̄. **Lu**
ce 18. **S**te. iē. ⁊ iussit ce. adduci ad se. hūc cecū dñs vocat̄ ⁊ veniēte
 ad se illūiauit **E**cce iste signat p̄ccōres q̄ p̄ p̄ccm̄ excecāt̄ ne creato/
 rē suū agnoscat. hūc vocat̄ dñs ad p̄nāz ⁊ si p̄ccōz vocē ei⁹ audierit
 ⁊ ad eū accesserit. dñs illūiabit eū p̄ suā grāz **p̄s.** **A**ccedite ad eū
 mos eoz ē q̄ vocāt̄ aliq̄s qz ad ueniēdū iuitāt̄. vt valeāt̄ secure acce/
 dē. ⁊ stāt expectātes eos vt citi⁹ possint ad eos puenire **sic** xp̄s vo/
 cat te o p̄ccōz noli timē. accede secure. **accede** ad agnū māsuetiss/
 mū. ad cōsolatozem fidelissimū. quodā erat deus vt leo irat⁹. ⁊ iō
 multi timuerūt ad eum venire **E**ro. xx. **P**erterriti ⁊ pauore per
Nunc autem ex quo factus est homo. est vt puer paruulus